

cus beatorum, Gal. IV, 26. Heb. XII, 22. unquam peruen-  
 turus esset Sap. VII, 25. Apoc. XXI, 27. nisi Christus abomi-  
 nandum hunc foetorem repulisset et velut alter Noachus Gen.  
 V, 29. odorem bonae fragrantiae DEO obtulisset. Eph. V, 2.  
 Gen. VIII, 21,

### §. X.

Ab hac igitur impuritate non pumice, non smegmate, nec  
 etiam acriori lixiuo ablui possumus: Ier. II, 22. Sed id unice  
 praestat diuinus Christi Sanguis, et hoc est, quod nobis sug-  
 gerit Apostolus, quando pergit: *καθαρίσκεις emundat nos ab omni*  
*peccato.* Hic vero penitus obstupescit ratio, laxaque curiosi-  
 tatis vela confestim contrahit, dum aduertit *Sanguinem mun-*  
*dare.* Equidem sanguis alias non minima impuritatis solet esse  
 nota, quae et ipsa ablutionis est indiga. Es. I, 15. coll. cum ψ.  
 16. et 18. C. LIX, 3. Thren. IV, 14. Ezech. XVI, 9. Act. XX,  
 26. Verum quod mireris, hic Sanguis vicem smegmatis prae-  
 stat, Mal. III, 2. et ab impuritate mundat. Contrarius sane ef-  
 fectus, cuiusmodi Esaias ostendit, per vulnera Christi nos sa-  
 natum iri persuasus. C. LIII, 6. 1 Pet. II, 24. Sanguinem sa-  
 crificiorum V. T. peccatum populi expiantem iam tum osten-  
 dimus fuisse typum Sanguinis Christi in N. T. *confer.* §. 3. Nunc  
 in eo toti erimus, ut demonstremus, et aquam australem V. T.  
 immundos per asperisionem ab immunditie purgantem eiusdem  
 Christi *Sanguinis* a quibusuis peccatorum sordibus nos immun-  
 dos abluentis genuinum fuisse typum. De hac vero aqua lu-  
 strali expressa est DEI Lex. Num. XIX. ut *Filii Israelis accipi-*  
*ant Iunicem rufam integram, in qua non sit vitium, iugum*  
*nondum impositum sit, haec erat iugulanda, deinde comburen-*  
*da cum pelle, carne, sanguine et fimo Praeterea intra rogam*  
*illius vaccae proiiciebat Sacerdos lignum cedrinum, hyssopum,*  
*dibaphum coccineum, tum colligebat quispiam mundus cinerem*  
*istius iuuencae, et relinquebat extra castra in loco mundo, ut*  
 coetui